

creatus ex nihilo factus aut aliter ab eo
de creatus. Siue autem sit generatus siue
sit factus ut dixi post non esse accepit esse.
Si vero creatus hoc est de nihilo factus.
aut subito creatus fuit. aut continue et per
partes. Si subito ergo in aliquo nunc tem
poris quare tunc cepit. Si vero pars post
partem et continue in termino creationis
sue videlicet in quo creatio eius completa
fuit incepit esse quoniam tunc primum fuit
Eadem via procedendum est quocumque mo
do aliter causatum a creatore dicat illum
quoniam necesse est ut causationem eius
dicat esse subitam siue subito factam. aut
partem post partem dicat esse causatam.

Ampli⁹. Quid dicet de genere huma
no aut dicet ipsum similiter eternum et nul
lum esse primum hominem aut non. Si di
xerit eternum esse et nullum ex hominibus
fuisse primum. Cum pater ex necessitate sit
causa filij. et avus causa patris et ita in in
finitum necesse habet confiteri causas ascen
dere in infinitum causas scilicet efficientes
Pater enim est causa efficiens filij quantum
ad generationem corporis siue ambo pa
rentes hoc est pater et mater. Jam autem
declaratus est et stabilitus status causarum
cum omni genere cause. Et patefactus est
impossibile esse ut ascendat in infinitum
et hoc per ipsum Aristotelem et sequaces ipsi
us atque expositores librorum ipsius.

Rocedam et alia via et dicam quia
necesse esse per se et possibile esse per
se contraria sunt. Eodem modo et
necessitas per se et possibilitas per se. Simi
liter antiquitas et nouitas. Sicut quia ne
cessitas per se causa est eternitatis siue anti
quitatis erit ex necessitate ut possibilitas per
se causa est eternitatis siue antiquitatis erit
ex necessitate ut possibilitas per se sit causa
nouitatis siue temporalitatis quare sicut ne
cessitas per se non inuenitur nisi in uno solo
quod est creator benedictus. ita et eternitas si
ue antiquitas non inuenitur nisi in eodem

Amplius. Sicut necessitas per se non sus
tinet nouitatem cum eo in quo est siue tem
poralitate. ita et necesse est ut possibilitas
per se non paciatur secum in eodem subiecto
eternitatem. Quare impossibile est ut ali
qua rerum creaturarum eternitatem esse et
in aliis dispositionibus similiter se habet
Necessitas enim per se neque creationem ne
que corruptionem neque generationem tem
poralem secum patitur. neque illius modo

rum inceptionem. Quare necesse est ut pos
sibilitas per se e contrario se habeat. et ista pro
batio fundata est super hanc radicem videlicet
licet contraria contrariorum causas esse per se
et super hanc aliam radicem que est propor
tionalium alterum est et alterum et super tertia
radicem. quia que sunt proportionalia ex ne
cessitate sunt et permutatim proportionalia.
Quapropter cum quemadmodum se habet
necessitas per se ad eternitatem et antiq
uitatem. Sic possibilitas per se ad nouitatem
temporalitatem quare si necessitas per se cau
sa est eternitatis seu antiquitatis erit pos
sibilitas per se causa temporalitatis et nouita
tis. et si eternitas vel antiquitas consequens
est vel comitans inseparabile necessitatis
per se. Erit similiter ex necessitate tempori
tas et nouitas consequens vel comitans
inseparabile possibilitatis per se.

Quoniam rationes que hucusque
e posite sunt partim ethice sunt siue
morales. ut ille videlicet que sunt a
testimonijs. partim vero naturales et me
thaphysice persequar rationes methaphy
sicas circa hanc opinionem. Aristotelis. et di
cam in primis quoniam accidit Aristotelis. non
prius fluxisse horam de toto tempore prete
rito quam diem vel mensem vel annum nec etiam
antequam mille milia annorum. Huiusmo
di autem probatio est quia si dixerit aliquam
horam fluxisse vel antequam mille milia an
norum fluxissent. aut illam horam preces
sit tempus infinitum aut non precessit. Si
precessit eam tempus infinitum. Certum au
tem est. quia mille milia annorum pars fue
runt temporis infiniti illius. quare in to
to illo suo precesserunt hora predicta. Non igitur
hora illa prius fluxit quam mille milia annorum
nec solum mille milia annorum precesserunt hora
illa. Sed etiam infinita milia cum tempus in
finitum ex necessitate contineat infinita milia.
Quod si horam illam non precessit tempus
infinitum aut precessit eam tempus finitum.
aut nihil temporis. Si tempus finitum. In
cium igitur illius fuit initium temporis to
tius. Quare tempus infinitum initium. Si
autem nihil temporis precessit horam illam

Manifestum est. quia initium illius ho
re fuit initium totius temporis. Quare
manifestum est. quia secundum opinionem
Aristotelis non fluxit hora de toto tempo
re quam mille milia annorum. et quia non est desi
gnare quam non precesserit infinita milia annorum.

Amplius. Locus infinitum ut ipsemet dicit